



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXII. Febrvarii. S. Petrvs Damianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SPETRVS DAMIANVS Rauennæ humili quidem loco natus, sed eos in literis & vitæ sanctimoniâ progressus fecit, vt Ecclesiam postea maximè illustrarit. Is carnem suam cilicio ieiuniis, disciplinis, & vigiliis, præsidio orationis adhibito domabat, ita vt si quando stimulis illius agitaretur, nocte in tempestâ electulo confurgens sese in aquam immergeret, quoad algore membra rigerent. Deinde in Eremito Fontis Auellanæ habitum monasticum induit, eius deinde præfectus effectus, plurima construxit monasteria, plura parauit miracula. Stephanus IX. P. M. cognitâ viri doctrinâ & sanctitate, Romam accitum, inuitum Cardinalem, & Episcopum Ostiensem creat. Suscepto munere ex obedientiâ pro Ecclesiâ plurimum, maximè verò in extinguendâ Nicolaitarum hæresi, quæ Romam infecerat, elaborauit. Mediolanum missus, eam Ecclesiam ad Romani Pontificis obedientiam reduxit. Multa fecit, scripsit, & docuit. Senio confectus à Pontifice Rauennam, vt ciuitatem ab Episcopo seductam ad Ecclesiam Romanam retraheret, destinatur. Quod cum egregiè præstitisset, dum, completâ legatione, Romam reuertitur, Fauentiæ in Monasterio DEI genitricis extra muros in morbum incidit. Ex quo breui spiritum DEO reddidit anno CHRISTI MCXXX.

VII. Kal. Martii. *Ex diuersis Scriptorib.*



S. PETRVS

XXII. FEB.



B. PETRVS DAMIANVS CARD. E. POSTORD. S. BEN.
Cardinis titulos claustrum posponit amori;
Securè ad Superos darsit EREMICOLA.

Amidung
25. v. d. d.
Benedict
III
5